



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 52. Franciscus I. a captivitate redux, ambo ejus Filii obsidum loco relict.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul XVI. A.C. 1526
 far Regem paululum Madritum versus
 comitabatur, ac demum valere jussum
 sic alloquebatur: „ Non me latent in-
 „ gentia mala, quæ per nostra dissidia
 „ Christianæ Religioni, nostrisque Reg-
 „ nis intulimus, minus vero ignoro,
 „ quantum nobis interfit pacem redinte-
 „ grare, quocirca te rogo, libere enun-
 „ ties, an datam promissi fidem violare
 „ mediteris; ego enim fidem meam tibi
 „ obstringo, atque juro, me constituisse
 „ animo, quod tibi cum propriæ etiam
 „ utilitatis meæ dispendio libertatem
 „ reddere paratus sim. „ Ad hæc repo-
 „ sivit Rex: „ Firmum fixumque mihi est,
 „ me Cæsareæ Majestatis tuæ amicum,
 „ fratremque fore, atque integra fide
 „ conventa adimpleturum. „ His dictis
 simul crucem, quæ in colloqui loco re-
 posita erat, velut sinceræ fidei suæ te-
 stem arripuit. Quo facto respondit Cæ-
 sar: „ Dictis tuis equidem assentior, si
 „ tamen pacta violare præsumpseris, uni-
 „ verso orbi manifestum faciam, te per
 „ sumnum nefas dolose egisse. „ His ita
 conventis ambo colloquium solverunt.

§. LII.

*Franciscus I. a captivitate redux, am-
 bo ejus Filii obsidum loco relictæ.*

*Mem. du
 Bellai l. 3.*

Postquam Galliarum Rex ad Regni sui
 fines pervenerat, ibidem ambos fi-
 lios

lios suos habuit obvios, qui eodem, quo Pater libertati redditus est, tempore Hispanis traditi fuere.

§. LIII.

Rex Madritense pactum firmare a Lanoyo rogatus.

Vix Franciscus Regni sui limina attingerat, cum illico Turcico vectus equo ad Luifium urbem tanta festinatione contenderet, ut altera jam die Bajonam intraret, ubi Regina obviam facta redeuntem cum tota Curia præstolabatur. Postea Regem Bajonam delatum Lanoyus Cæsaris legatus, atque itineris socius sollicitabat, ut juxta promissi fidem Madritense pactum firmaret; verum reposuit Rex, se hoc fœdus inundo rem attentasse, quæ Galliarum Regis potestatem excederet: cessisse quidem Cæsari Burgundiæ Ducatum, sed hujus articuli executionem sine strepitu esse urgendam, ac præprimis Burgundionum consensum, ac ceterorum subditorum approbationem omni studio impetrandam; se quidem animo constituisse, conventa exequi, ad id vero brevem temporis moram sibi fore necessariam.

Sæcul. XVI.

A C 1526.

*Belcar. l. 18.**Belleforest.**l. 6. c. 36.**Spon. ad an.*

1526. n. 2.

*Mem. du**Bellai l. 3.*

Lano-